Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lateinisch-deutsche Sammelhandschrift des Heinrich Otter - Cod. St. Blasien 77

Schera, Heinrich Otter de

[Italien, Konstanz], [1439-1442]

De litanis maioribus et minoribus. "Letanie bis in Anno fiunt, prima in die Marci Ewangeliste ..."

urn:nbn:de:bsz:31-51901

Visual Library

conversa fuit in sanguinem. Quo miraculo viso pave-
tes abscondere ne manifestaretur studebant. Corpus
tum aqua in quandam foveam in vinea in cellario existe-
tem et volentes obruere cum lapidibus et stercore
tunc ipsa hostia adeo pulchra et integra salivit
super quandam mensam stantem in cellario. Quo viso
arripuerunt hostiam et involvebant eam panno albo quam
devolutam tunc per omnes gloriabatur, sanguis e-
manabat. Tunc dixit rex iudeorum: Vere hic
est verus filius dei quem christiani adorant. Dicebant
alii iudei: Quid ergo facere debemus? Tu es rex et pontifex,
nos quicquid tu iubes obediemus tibi. Dixit rex: Crede-
re debemus in ihesum christum filium dei et baptismum as-
sumere. Et sic idem rex iudeorum baptizatus fuit cum
suis filiis et duabus filiabus qui intraverunt claustra
et multi alii iudei. Resignavit autem idem iudeus
in parata pecunia centum marcas auri ex quibus calices
parati sunt resignavit et in suppellectilibus valde
bona octoginta marcas. Eadem hostia adhuc ibidem om-
nibus videre volentibus media tamquam caro cruenta
ostenditur etc.

De letaniis

Letanie bis in anno fiunt. Prima in die marci
evangeliste et illa dicitur letania maior. Secunda
est tribus diebus ante ascensionem domini et dicitur letania
minor. Prima letania triplici vocatur nomine. Primo vocatur
letania maior. Secundo dicitur processio septiformis. Tertio
dicitur cruces nigre. Dicitur letania maior propter tres
causas scilicet ratione illius a quo instituta est scilicet a magno Gre-
gorio papa. Secundo ratione loci scilicet Rome que domina est et caput mundi.
Tertio ratione cause pro qua instituta est scilicet pro magno et gra-
vissimo morbo. Romani enim cum in quadragesima con-
tinenter vixissent et in pascha corpus domini recepissent
postmodum commessationibus ludis et luxurie frena
laxabant. Propterea dominus ad iram provocatus pestem max-
imam in eos misit quam inguinariam vocant, apo-
stema sive inflaturam in inguine. Tam fera autem
illa pestis fuit ut homines in via, in mensa, in ludis,
in colloquiis subito morerentur. Ita quod cum aliquis et dr

sternutabat tu ipa sternutatōe spm exalabat · Vn
de cu aliquis aliquē sternutatem audiebat stati
accurrens deus te adiuvat acclamabat ⁊ abinde
vt dr adhuc ꝯsuetudo servatur ut cu aliquē ster
nutare audim⁹ deus te adiuvet clamam⁹ Sic etiā
frequent⁹ oscitando hoīes exspirabant · Et ideo adhuc
cu quis oscitare se sentit illico signū crucis faciei
sue i pmere ꝯsuevit Hec strages ortū fuit ex eo
ꝙ illo tpe tiberis fluui⁹ alveū suū egressꝰ i tātū
excrevit vt sup muros vrbis rome influeret
⁊ plimas domos everteret Tunc etiā ꝑ tyberim
multitudo serpentū cū dracone magno i mare
descendit · sꝫ ex fluctib⁹ suffocati ad litus piecti totū
aerem sua putredine corruperūt / sicq plaga pes-
sima secuta ē qua inguinariā vocabant q plaga
primo pelagiū papā ꝑculit Ordo dr processio septifor-
mis eo ꝙ btus gregorius processiones quas tūc
faciebat ꝑ vij · ordines disponebat Na i primo ordie
erat oīs clerus i scd'o oēs monachi ⁊ religiosi in
tcio oēs sanctimoniales i quarto oēs i fantes i quī-
to omes layci i sexto oēs vidue ⁊ ꝯtinentes
in septimo oēs ꝯiugati · Tūc dr cruces nigre q̄
viam i signū meroris de tanta strage hoīm
⁊ i signū penie ⁊ misericordie hoīes nigris ve
stibus induebant / ⁊ ꝑ eandem cām cruces
⁊ altaria saccis ciliciis velabant Et ideo hoīes
fideles vestes penales debent assumere · letania

· letania maior ·

minor fit trib⁹ dieb⁹ ante ascensionē dni q̄
btus mamertus epus vienne tpe leonis impa
toris istituit q dr minor / rogationes / ⁊ processio /
Dr minor letania ad differēciā maioris q i stituta
e a minori sꝫ a bono i minori loco / ⁊ minori
morbo Causa i stitucionis erat hui⁹ · tūc eni
apud viennā frequēt⁹ ⁊ maxīni terre mot⁹
fiebant qui domos ⁊ eccias pulcherrimas sbu-
ebant / nocturni sonitus ⁊ clamores sepe au
diebant / tūc etia illud terribile accidit / ꝙ ignis
i die pasche de celo cecidit ⁊ regis palatiū co
cremavit Aliud insup mirabilius fuit Sic
demones olim porcos i travert sic ꝑmissione
diuina ꝑ pcā hoīm lupi ⁊ alie fere i trabāt

et nullas gentes non solum privatas sed etiam civitates
publice destruebant et passim et pueros et
senes viros et feminas devorabant. Cum igitur tam
dolorosi casus cotidie fierent, predictus episcopus Eduanus
triduanum indixit ieiunium letanias instituit et sic predicta
tribulatio quievit. Deinde statutum est
ab ecclesia et confirmatum ut hec letania ubique terrarum
observaretur. Dicitur rogationes quia tunc omnium sanctorum
suffragia imploramus. Et merito tunc observatur
istis diebus observandum est et rogationibus sanctorum et
ieiuniis istis diebus insistendum est multiplici ratione.
Primo ut deus pacificet bella que in vere frequentius
oriuntur. Secundo ut teneros adhuc fructus conservando
multiplicet. Tertio ut motus carnales qui hoc tempore magis
vigent in se quisque mortificet. In vere enim sanguis
fervet et illiciti motus magis pullulant. Quarto ut
ad receptionem spiritus sancti sic quisque magis habilitetur
nam per ieiunium habilitatur magis et per orationes
dignior reputatur. Dicitur etiam processio quia tunc
etiam generalem facit processionem. In hac processione crux
defertur, campane pulsantur, vexillum portatur, draco
quidam cum ingenti cauda in quibusdam ecclesiis baiulatur
et omnium sanctorum patrocinia implorantur. Crux autem ibidem
defertur et campane pulsantur ut demones territi fugiant. Nam sicut
rex in suo regno exercitus habet insignia regalia
scilicet tubas et vexilla, sic et rex eternus in sua ecclesia
militanti habet campanas pro tubis et cruces pro
vexillis. Et sicut aliquis tyrannus valde timeret
si alicuius regis potentis et sibi inimici tubas in
sua terra audiret et vexilla videret. Sic demones
qui sunt in aere isto caliginoso metuunt cum tubas
christi scilicet campanas pulsari sentiunt et vexilla id est cruces
conspiciunt. Et ista est ratio quare etiam campanas
pulsare consuevit in tempestatibus. In quibusdam ecclesiis
et maxime in ecclesiis gallicanis consuetudo habetur quod
draco quidam cum longa cauda et inflata id est plena
de paleis vel aliquo tali duobus diebus primis ante
crucem et tertia cum cauda vacua post crucem defertur.
Per quod significatur quod in primo die ante legem et in secundo sub lege
diabolus in hoc mundo regnavit. In tertia autem die gratie per passionem
christi de suo regno expulsus fuit etc.